



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Socios Romam mittit. 105

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

undi: tantisper, dum dies Roma-
 nae profectio*n*i cōstitueretur. 105
 Ea vbi appetiit, accinxerunt sese,
 cum extrema rursus inopia con-
 gressuri. Nam pedestris itineris
 difficultas, tum quærenda stipe,
 tum perpetuo ieiunio (verum
 id erat) haud modicè crescebat.
 Romæ apud Pontificem Paulum
 III. orata in Palæstinam trans-
 mittendi copia, eaque data: cum
 lætis apprecationibus digressi,
 denuo inter vltimam egestatem
 Venetias reuertuntur: vbi eos
 IGNATIVS opperiebatur. Hic ad
 naralem B. Baptistæ Sacerdotes
 facti, qui nondum fuerāt, & cor-
 poris prius castimoniam, vitæq,
 paupertatem, votis apud Lega-
 tum Pontificium professi. Sed
 quòd nulla id temporis, in Palæ-
 stinam navis soluebat, coguntur
 anni spatium morari, pro vt sa-
 cramento receperant: illud ne

qua defidia otioſe contererent, per oppida Prouinciæ Venetiæ in ſtatiua diſceſſere. 106 Ac ceteris, quò quemque viſum eſt, dimiſſis, IGNATIVS cum Fabro & Laine Vicentiam optauit. Ibi dies xl. in ſuburbano incoluit; repertâ ædiculâ malè ſarta, vñdis ventifq; obnoxia; & deſerta prorſum ac vaſta; quam denique veterem capulum dicere, quam domũ, malles. In ijs poſtea veſtigijs Capuccini Patres ſuum ſibi cœnobium cõdiderunt. Ceterũ ſub illo tunc domicilio, noctes ſuas degebant, ſolo paleis conſtrato: lauitias habuerunt panem mucidum ac durum; cuius fruſtilla ægrè collecta, erant aqua prius aliquamdiu domãda, quàm mandi poſſent. Poſt ergo quàm nulla ſe nauigãdi ſpes oſtẽderat, abiecto tãdem expeditionis tranſmarine cõſilio, ad Italiæ frequẽtiſſimas quaſq; Academies

m
ne
qu
cia
vb
ti
ni
ha
tũ
læ
de
Ic
du
ma
tiu
co
gin
cæ
in
Cu
ſar
po
fic
qu